



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. XIV. Oblitus pœnitentiæ, non tenetur Confessionem iterare.
Conscijs pœnitentiæ, tenetur eam per seipsum explere, nisi forte aliud
declaraverit Sacerdos; aut talis sit, quæ per alium fieri ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

294. Respond. ad 1. rationem Navarr.

Ex quo patet responsio ad primum moti-
vum Navari supra; videlicet, non errare
Confessarios, quos videmus quotidie pro pu-
blicis peccatis lecretas imponere pœnitenti-
as; id enim faciunt, quia publica pœnitentia om-
nibus consideratis non judicatur necessaria ad
tollendum scandalum, vel quia nullum scan-
dalum ortum fuit, vel quia alio medio com-
modius putatur tollendum.

Ad secun-
dam.

Quantum ad secundum motivum; commu-
niori calculo receptum est, ut patet ex dictis
Concl. 9. non debere absolvi pœnitentem,
qui sine justa causa renuit acceptare pœniten-
tiam lecretam, prudenter à Confessario impo-
sitam. Et admittit sententiâ Navari, & Alio-
rum paucorum; disparitas est, quod pœnitens
in casu nostro jure naturæ teneatur publicè
pœnitere; ergo illam pœnitentiam publicam
teneatur acceptare, estò non deberet acceptare
pœnitentiam privatam, ad quam jure naturæ
non teneatur.

295. Ad tertiam.

Tertium motivum Navari eliditur alio si-
mili motivo, quia nempe, ut ipsemet fatetur,
etiam multa illius Tituli capitula loquuntur
de pœnitentia sacramentali; ergo ex ea parte
non est ratio quare cap. 1. debeat potius in-
telligi de pœnitentia fori externi, quàm sacra-
mentalisi. Quapropter dico cum Catechismo
Rom. p. 2. c. 5. q. 63. ubi manifestè agitur
de satisfactione sacramentali: *Si interdum ob pu-
blicam offensionem, publica pœnitentia prescriben-
da fuerit; quamvis eam pœnitens refugiat, ac de-
preceatur, non erit facile audiendus: verùm persua-
dere ei oportebit, ut quæ tum sibi, tum aliis saluta-
ria futura sunt, libenti atque alacri animo susci-
piat.*

296.

Aliquando
potest im-
poni publi-
ca pœni-
tentia pro
criminibus
occultis.

Immo id ipsum aliquando non inconsultum
erit, estò crimina sint occulta, ut idem Ca-
techismus docet ibidem qu. 55. his verbis:
*Præterea pœnitentia nostra exempla alios docent,
quomodo ipsi vitam instituere, & pietatem sequi de-
beant. Cum enim penas pro peccatis nostris irro-
gatas ceteri homines intuentur, & summam cautio-
nem sibi in omni vita adhibendam, & mores pristinos
corrigendos esse intelligunt. Quare sapientissimè
illud ab Ecclesia observatum est, ut cum ab aliquo
publicè flagitium commissum esset, publica etiam pœ-
nitentia ei indiceretur, ut ceteri timore perterriti,
deinceps peccata diligentius vitarent: quod etiam in
oculis criminibus, quæ graviora essent, interdum
fieri solitum erat. Sed in publicis, ut diximus, hoc
perpetuum fuit, ut qui ea commiserant, antequam
publicam pœnitentiam suscepissent, non absolve-
rentur.*

Vbi nota ly *Interdum*, quia ordinariè id non
expedit, quia contra bonam famam pœniten-
tis, quæ censetur adhuc integra, cum supponantur
peccata esse occulta. Quando autem
peccata sunt publica, famâ utique jam amissâ,
non sequitur ex pœnitentia publica nova infamatio
pœnitentis, & aliunde non revelatur

peccatum nisi ab ipso pœnitente, adeoque re
indirectè quidem violatur sigillum.

Si dixeris; pœnitens facit id coactus, Res-
pondeo; sed justè coactus, quia teneatur Con-
fessarius illam pœnitentiam imponere, & re-
luctantem non absolvere. Dico; *Teneatur*, quia
si non sit pœnitentia omnino necessaria, quam-
vis valde expediens & utilis tam Communi-
tati, quàm ipsi pœnitenti, estò posset eam li-
benti animo acceptanti imponere; equidem
reluctans cogendus non foret: quippe, ut su-
prà notavi, talis curatio est valde periculosa,
quia moraliter vix talis pœnitentia implenda,
præsertim si peccata sint occulta, cum unius-
que sit maxima cura boni nominis, & infam-
ia sit justa causa non implendi satisfactio-
nem.

Sed numquid etiam oblivio est justa causa?
Numquid pœnitens, qui per seipsum non po-
test explere satisfactionem ob impotentiam
physicam, vel moralem, teneatur illam ex-
plere per alium? Aut fortè non peccat, qui
potest eam per se implere, implet autem per
alium? Respondeo & Dico decimoquarto:

CONCLUSIO XIV.

Oblicus pœnitentiæ, non teneatur
Confessionem iterare. Con-
fessarius pœnitentiæ, teneatur eam
per seipsum explere, nisi fortè
aliud declaraverit Sacerdos;
aut talis sit, quæ per alium fieri
soleat.

Prima pars est communis, etiam intellecta
de oblivione culpabili, de qua Aliqui con-
trarium docent, sed sine solido fundamento,
quod tamen videtur necessarium, ad impo-
nendam tam gravem obligationem iteratæ
Confessionis eorum peccatorum, à quibus
pœnitens semel directè fuit absolutus. Hæc
ergo sit ratio Conclusionis; non est imponen-
da obligatio iteratæ Confessionis, ubi nec jus
divinum, nec jus Ecclesiasticum, eam impo-
nit, sed in hoc casu neque jus divinum, neque
jus Ecclesiasticum eam imponit; ergo non est
imponenda.

Quin immo, inquis, jus divinum imponit;
nam jure divino teneatur pœnitens curare
quantum commodè potest, ut Pœnitentiæ Sa-
cramentum sit integrum; sed Sacramentum
non est integrum, & omnino completum non
adimpletâ pœnitentiâ, sit verò integrum, si
adimpleatur pœnitentia, quæ fuit in prima,
aut in secunda Confessione per commutatio-
nem injuncta; ergo pœnitens teneatur iterum con-
fite-

BOSCO

itentia.

penitente, adeoque ne
larur sigillum.
ens facit id coactus. Re-
ctus, quia tenetur Con-
ntiam imponere, & re-
ere. Dico; Tenetur, quia
omnino necessaria, quam-
& utilis tam Communi-
enti, estd possit eam li-
nti imponere; equidem
on foret; quippe, defu-
tio est valde periculosa,
lis penitentia implenda,
on occulta, cum unicus-
a boni nominis, & infu-
on implendi satisfactio-

in oblivio est iusta causa
qui per seipsum non po-
tionem ob impotentiam
tem, tenetur illam exi-
t forte non peccat, qui
lere, implet autem per
Dico decimoquarto:

ISIO XIV.

entia, non tene-
nem iterare. Con-
ntia, tenetur eam
explere, nisi forte
averit Sacerdos;
qua per alium fieri

munis, etiam intellecta
bili, de qua Aliqui con-
sine solido fundamento,
necessarium, ad impo-
obligationem iteratae
peccatorum, à quibus
est fuit absolutus. Hæc
nis; non est imponen-
Confessionis, ubi nec jus
clasticum, eam impo-
neque jus divinum, neque
mponit; ergo non est

s, jus divinum imponit;
netur penitens curare
otest, ut Penitentia Sa-
um: sed Sacramentum
omnino completum non
a, fit verò integrum, si
ia, quæ fuit in prima,
ssione per commutatio-
penitens tenetur iterum
confi-

Seç. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 14. 959

confiteri, ut satisfaciat perfectæ integritati Sa-
cramenti, nam qui tenetur ad finem, tenetur
etiam ad media.

Ita pro hac sententia argumentatur Bonaci-
na disp. 5. q. 5. sect. 3. p. 3. n. 8. ubi eam do-
cet cum S. Antonino 3. p. ut. 14. c. 19. §. 19.
Silvestro v. Confessio 1. q. 3. & Aliis, contra
Navarrum in Sum. c. 9. n. 17. (ubi refert
Adrianum & Paludanum) Sotum dist. 20.
q. 2. a. 2. Cajet. in Sum. v. Confessionis ite-
ratio §. Ex satisfactions. Vasquez q. 94. a. 2.
dub. 4. Coninck disp. 10. n. 86. Lugo disp. 25.
n. 87. Dicastillo disp. 14. n. 108. Herinck
part. 4. tract. 4. disp. 4. n. 19. & Alios com-
muniter tam recentiores quam antiquiores,
pro quibus.

Respondet ad argumentum Bonacina; & tene-
atur penitens jure divino curare quantum
commodè potest, ut Penitentia Sacramen-
tum sit integrum: atqui in hoc casu commodè
potest id curare, nego Minorem; maximum
enim incommodum est iteratò confiteri pec-
cata præsertim mortalia semel directè abso-
luta, in tantum ut Ecclesia non possit hujus-
modi iteratam Confessionem præcipere pro-
pter ejus difficultatem, ut patet ex alibi dictis:
quid ergo mirum, si cum tanta difficultate pen-
nitens non teneatur curare integritatem Sacra-
menti? si tamen tali medio possit eam curare.
Nam, inquit Dicastillo supra, etiamsi iterum
repetat Confessionem, prius illud Sacramen-
tum non integratur: secunda enim Confessio
cum penitentia ibi imposita, est aliud Sacra-
mentum, & illa penitentia non est pars in-
tegrans prioris Sacramenti. Hæc ille. Quæ
commodius infra examinabimus. Sufficit mo-
dò summa difficultas iteratæ Confessionis, ut
ratione ejus penitens excusetur à procuranda
integritate prioris Sacramenti, estd procurari
posset illo medio.

Hinc si forte oblivio accidisset statim post
datam penitentiam, & penitens crederet
Sacerdotem adhuc ejus esse memorem, tene-
retur, si posset, ab eo petere, quid injunxisset,
præsertim, quando penitentia esset gravis. Ita
Coninck supra. Quippe tunc absque iterata
Confessione, & alio gravi incommodo, ut
suppono, potest curare integritatem Sacra-
menti, quod aliàs maneret imperfectum; ergo
tenetur tali medio curare. Ergo etiam
tenetur curare medio iteratæ Confessionis
Neg. Conseq. patet ex dictis disparitas.

Dices; penitens tenetur jure divino satis-
facere pro peccatis: atqui non potest satisfacere,
nisi iteratò confiteatur; ergo &c.

Respondet, tenetur jure divino satisfacere
ex opere operato Neg. Major. ex opere opera-
to, vel opere operantis, transeat Major. Atqui
non potest satisfacere, nisi iteratò confiteatur;
dist. Min. necn potest satisfacere ex opere ope-
rato seu sacramentaliter, conc. Min. ex opere

operantis, vel etiam ex opere operato per Sa-
crificia, & Indulgentias, neg. Min. Omitto,
penitentem absolute non obligari, saltem
graviter, ad satisfaciendum in hac vita pro
pœna temporali Purgatorii.

Igitur non obligatur jure divino ad iteratam
Confessionem, ut per eam accipiat remissionem
culpæ; illam enim suppono remissam per
præcedentem Absolutionem; & aliunde culpa se-
mel legitime remissa non redit per subsequens
peccatum, ut constat ex alibi dictis; neque ad
accipiendam remissionem pœnæ temporalis,
quam aliis mediis potest accipere, & si nolit
in hac vita recipere, sed solum in futura, non
peccat, saltem graviter.

Dixi signanter: *illam enim suppono remissam*
per præcedentem Absolutionem, ut excluderem
casum, quem Navar. supra proponit hisce ver-
bis: Quando penitenti ante Absolutionem
injungitur penitentia, & ille, cum impo-
nitur ipsi, contemnit, aut justam curam non
adhibet, quo postea injunctæ penitentia re-
cordetur, ut eam possit adimplere. Tunc enim,
inquit ille, nihil valeret, etiamsi postea eam
injunctam exequeretur, non quia illam non
adimplet; sed quia, quando illa injungebatur,
peccavit, & de illo peccato non se accusavit;
atque ideo non fuit integra Confessio. Hæc
Navar.

Porrò casus nostræ Conclusionis est, quan-
do penitens in ipsa injunctioe penitentia
non peccavit, & ideo integrè fuit confessus,
& legitime absolutus; postea tamen peccat dan-
do voluntariè causam oblivionis penitentia;
ex qua oritur impotentia adimplendi eam. Ta-
li casu dico, tamen si penitens teneatur confi-
teri illam culpabilem oblivionem, equidem
non obligatur ad iteratam Confessionem prio-
rum peccatorum, neque ex jure divino, ut
jam ostensum est, neque ex jure humano, quod
enim illud?

Non Ecclesiasticum generale, cum hæcenus
nemo istud allegaverit, nec allegare possit, quia
nusquam extat. Nam quod ait Bonac. supra,
esse communem usum fidelium, Confessionem
tali casu repetere, planè incertum est; si autem
ab aliquibus fiat, non constat quòd ex obli-
gatione, quia fieri potest ex devotione, aut
pro majori securitate propter oppositam sen-
tentiam, vel etiam ex ignorantia nostræ sen-
tentia; igitur hæc consuetudo, si quæ est, in-
sufficiens meritò reputatur ad imponendam
gravem obligationem.

Et dato, quòd sententia Bonac. continere-
tur in aliquibus Confessionalibus, ut videtur
significare Navar. supra, hæc Confessionalia
non sunt regula generalis, & secuta sunt illam
sententiam, propter aliquam majorem securi-
tatem. Nihilominus, sicut dicit Navar. ibi,
proculdubio nostra sententia tenenda est, quia
licet

Bonacina;
Silvestro;
Navarra;
Adrianus;
Paludanus;
Sotus;
Vasquez;
Cajetanus;
Lugo;
Dicastillo;
Herinck.

300.
Responsio.

Dicastillo.

Coninck.

301.
Alia obje-
ctio.
Solvitur.

302.
Quis sit casus
hujus Concl.

303.
in quo non
obligat præ-
ceptum
Eccles. ge-
nerale ad
iteratam
Confessio-
nem.

licet contraria sit magis secunda, quia iterata Confessio absolute bona est, adeoque ex hac parte nullum periculum peccati; tamen ex altera parte, quia iterata Confessio difficilis est, periculum est, ne lapsus omittatur cum gravi peccato, juxta sententiam Bonacinae & Aliorum; illud autem periculum cavetur in nostra sententia, & ideo tenenda, quidquid aliquot Confessionalia contineant. Igitur nullum generale præceptum Ecclesiæ, præcipiens tali casu iterationem Confessionis, quamvis indubit illa iteratio res optima sit.

304. Neque etiam præceptum particulare Confessarii, quo pœnitentiam imposuit; quia suppono, quod pœnitentia imposta non sit iterata Confessio, sed jejuniu v. g. aut oratio, vel simile aliquod opus pium, distinctum ab iterata Confessione; cumque expletio illius operis impossibilis sit, nisi ex casu fortuito, defectu utriusque scientiæ, patet, quia nulla ad illud est obligatio, neque ad iteratam Confessionem, cum illa non sit imposta. Atque hæc sufficiant pro prima parte Conclusionis, de qua alia non occurrit ratio dubitandi.

305. Pro secunda parte quaritur primò; an pœnitens propriâ auctoritate possit aliquem tertium substituere, qui impleat ejus pœnitentiam, quando illa talis est, ut non soleat per alium communiter fieri, v. g. oratio; jejuniu, auditio Missæ, & similia. Nam si agatur de elemosyna, quæ solet fieri per famulum, nisi Confessarius expressè declararet contrarium, satisfacit pœnitens, si det elemosynam per alium, quia equidem ipse sentit incommodum, scilicet carentiam pecuniæ, propter quod incommodum hujusmodi pœnitentia imponitur. Alioquin si Confessarius propter specialem considerationem vellet elemosynam fieri ab ipso pœnitente, neque tunc pœnitens satisfaceret dando per alium, ut nimis manifestum est, cum tota obligatio pœnitentiæ dependeat à voluntate Confessarii. Neque de hoc casu controversatur inter Doctores.

De aliis pœnitentiis oratione, jejuniu &c. videtur pœnitens ea debere per seipsum explet, saltem ubi Confessarius contrarium non declaraverit. Ratio patet; quia sunt operi personalia, ut sic loquar, id est, quæ impleri solent à persona, cui præcipiuntur, ut patet ex præceptis Ecclesiæ de similibus operibus: nemo quippe putat se satisfacere præcepto audiendi Missam diebus Dominicis & festivis, si per alium audiat, aut obligationi recitandi divinum Officiu, si per alium recitet; vel præcepto jejunandi, si per alium jejuset, & sic de cæteris. Ergo consimiliter nemo debet cogitare, se satisfacere præcepto Confessarii, audiendo Missam, orando, vel jejunando per alium. Quæ enim ratio disparitatis? Cur verba Sacerdotis: *Audies Missam; Recitabis divinum*

Officiu; Jejunabis, magis significent, factis hæc per te, vel per alium, quam verba similia Ecclesiæ?

Estque hæc communior sententia Theologorum; immo communissima, quando non subest rationalis causa implendi per alium. Alioquin quando hæc subest, docent Nonnulli, pœnitentem posse satisfacere per alium. Quæ sit autem rationalis causa, statim edissero, referendo verba illorum Doctorem.

Paludanus 4. dist. 20. q. 3. Concl. 3. sic ait: Quod si non potest facere per seipsum, potest facere per alium (ecce prima rationalis causa, secundum istum Doctorem, scilicet impotentia) quia ista videtur fuisse voluntas impotentis, qui noluit ad impossibile obligare, nec voluit ad Purgatoriu mittere: unde cum dicitur: *Jejunas*, verum est, si potes per teipsum; aliàs per alium: unde quia homo non poterat satisfacere peccato nature per seipsum, justum fuit quod hæc satisfactio posset fieri, & fieret per alium, sicut & facta est per Christum. Hæc ille: dicens, eam Conclusionem Omnes concedere.

Quod hodie patet esse falsum, cum plerique ei contradicant. Noluit quidem Sacerdos ad impossibile obligare, & ideo diximus Concl. præc. impotentiam excusare ab impletione satisfactiois: sed neque voluit obligare ad opus possibile alienum, exemplo Ecclesiæ, quæ non obligat fideles, ut per alium audiant v. g. Sacrum, quando per seipsum non possunt audire.

Dices; disparitas est, quod alioquin Sacerdos mittat ad Purgatoriu, secus Ecclesiæ. Respondeo; Sacerdos liberat à Purgatorio, imponendo satisfactioem, quæ per se potest fieri, esto hic & nunc per accidens fiat impossibilis; non itaque mittit Sacerdos ad Purgatoriu, sed potius causa per accidens impediens impletionem satisfactiois.

Alioquin sequeretur, pœnitentem, qui non potest jejunare, non solum posse, sed etiam debere aliud opus satisfactoriu facere ex præsumpta voluntate Confessarii, quod est contra communem sensum fidelium. Sequela probatur; quia aliàs Confessarius mitteret ad Purgatoriu, unde cum dicitur: *Jejunabis*, verum est, si potes, aliàs, *Audies Sacrum*. Non enim est major ratio, cur in casu impotentie jejunii per se, debeat censerî imposuisse jejuniu per alium, quam in casu impotentie jejunii per se, & per alium, auditionem Missæ.

Professò tamen si illa præsumpta voluntate Confessarii, pœnitens habeat illud commodum, quod possit ex opere operato satisfacere, ut Aliqui volunt, de quo statim disputabimus; attamen non sine gravi incommodo, scilicet obligatione procurandi jejuniu aliter, vel obligatione audiendi Sacrum, à qua liberan-

304. Sed neque præceptum particulare Confessarii

305.

Satisfacit pœnitens si det elemosynam per alium nisi aliud declaraverit Confessarius,

Tenetur per seipsum orare, jejunare &c.

306. Quod si non potest facere per seipsum, potest facere per alium (ecce prima rationalis causa, secundum istum Doctorem, scilicet impotentia) quia ista videtur fuisse voluntas impotentis, qui noluit ad impossibile obligare, nec voluit ad Purgatoriu mittere: unde cum dicitur: *Jejunas*, verum est, si potes per teipsum; aliàs per alium: unde quia homo non poterat satisfacere peccato nature per seipsum, justum fuit quod hæc satisfactio posset fieri, & fieret per alium, sicut & facta est per Christum. Hæc ille: dicens, eam Conclusionem Omnes concedere.

309. An sufficiat expletio peccati per alium, quando id creditur gratius Deo?

Palud. videtur affirmare.

ADSCO

nitentie.

magis significant, satis alium, quam verba similia

junior sententia Theol. unissima, quando non sub- implendi per alium. Alio- best, docent Nonnulli, tisfacere per alium. Que causa, statim edissero, rum Doctorum.

20 q. 3. Concl. 3. sic ait: acere per seipsum, potest ce prima rationabilis causa, ctorem, scilicet impoten- tur fuisse voluntas impo- d impossibile obligare, nec mittere: unde cum di- m est, si potes per seipsum, e quia homo non poterat tura per seipsum, & julum tio possit fieri, & fiera eta est per Christum. Hec onclusionem Omnes con-

esse falsum, cum pletique uluit quidem Sacerdos ad & ideo diximus Concl. excusare ab implementatione que voluit obligare ad opus templo Ecclesie, que non er alium audiant. v. g. Sa- seiplos non possunt au-

est, quod alioquin Sacer- gatorum, secus Ecclesi- liberat a Purgatorio, im- dem, que per se potest ne per accidens fiat impo- mittit Sacerdos ad Purga- causa per accidens impo- tisfactionis.

ur, poenitentem, qui non e solum posse, sed etiam tisfactorium facere ex e Confessarii, quod est ensum fidelium. Sequela Confessarii mitteret ad im dicitur: *teimnabis, ve- ds, Audies Sacram.* Non cur in casu impotentiz t conferi imposuisse jeju- nam in casu impotentiz per alium, auditionem

x illa presumpta volun- titens habeat illud com- ex opere operato satis- unt, de quo statim dispu- h sine gravi incommodo, rocurandi jejunium alre- audiendi Sacrum, a qua liberan-

liberantur in nostra sententia. Et aliunde pos- sunt satisfacere ex opere operantis, & ex opere operato per Indulgentias & Sacrificium Missae absque obligatione.

Unde existimo, majorem partem poeniten- tium malle carere illa obligatione, quam cum illa posse satisfacere ex opere operato: ac pro- inde potius presumendum esse, tali casu Con- fessarium non velle obligare ad opus per alium faciendum, vel ad aliud opus faciendum, ne nimium inde poenitentes graventur. Si nolit obligare, non erit satisfactio sacramentalis; pro consequens non erit remissiva poenarum ex opere operato secundum nostra principia, de quibus supra. Hec de tertia Conclusionem Paludani.

Audiamus quartam. Quando potest satis- facere per seipsum, & quidem quando poeni- tentia est data in remedium, si nec ipse alio modo recompenset, certum est, quod non sufficit: ut si jejunium est impositum ad do- mandum carnem, & ipse illud jejunium alii imponit, & vult carnem suam nutrire, nec alio alio aequipollenti modo domare, non potest se sic acquietare, & hoc etiam Omnes concedunt. Ita hic Auctor; & quis audeat contradicere?

Sed plus dico ego; tamen ipse alio modo recompenset, non sufficit, quidquid in con- trarium videatur Aliquibus asserere Paludanus eadem Quaest. Concl. 5. ibi: Dicendum est igitur ad rationem, quod si aliquis propter nimium amorem carnis suae veller facere per alium, quod esset sibi impositum vel per se, vel de alio faciendum, non liberaretur; sed si occupat se in illis, quae sunt Deo magis acce- pta, quam sit illud, & sunt majora remedia contra peccatum, quam illud, & nihilominus illud quod sibi est impositum vult facere per alium, videtur quod sit plena satisfactio apud Deum; quia etiam videtur presumpta volun- tas impotentis, utpote si pugnano contra hos- tes Fidei, vel predicando aut peregrinando, vel aliis piis operibus aequè domet carnem, paratus nihilominus illud facere per se, vel de suo, quod alius vult per se, & de suo, & mal- let per se, quam per alium, nisi quia credit istud magis Deo acceptum, tunc omnino videtur acquietare seipsum. Hec ille. Igitur, secundum hunc Auctorem, altera causa ratio- nabilis expendit poenitentiam per alium, est melior; seu Deo gratior occupatio; magisque contraria peccato.

Addit tertiam causam ibidem Art. 3. Con- clus. 3. dicens: Ille qui poenitentiam suam alii imponit, debet satagere, quod non solum ille sit bonus, sed quod sit melior se, ut non solum sit satisfactoria, sed etiam magis: & haec est tertia causa, propter quam licet alii imponere, etiam ubi homo est potens per se facere, & non vult melioribus occupari; sed

non propter amorem carnis, quam vult bene aliàs domare, sed quia per magis charum Deo vult eam facere. Ita Paludanus.

Ego autem non credo, illam fuisse inten- tionem Confessarii, à qua tamen dependet sa- tisfactionis valor, ut patet in aliis duobus ca- sibus in quibus recurritur ad presumptam vo- luntatem Confessarii.

Etenim cur magis in hoc & praecedenti casu debeo, aut possum presumere hujusmodi vo- luntatem Confessarii, quam in eisdem circum- stantiis presumere talem voluntatem Ecclesiae, praecipientis v. g. jejunium, vel auditionem Missae? Vel fortè existimas, implere praec- ptum Ecclesiae, qui jejunat vel audit Missam per alium, Deo magis charum, aut tempore audiendi Missam, occupat se operibus, magis Deo charis, & alii imponit auditionem Missae? Noli existimare, si non vis aperire, viam infi- nitis transgressionibus legum Ecclesiasticarum, & Civilium. Omitto, valde incertum esse, quis sit magis charus Deo, & quae sit melior occu- patio, ut proinde hoc non debuerit relinqui judicio poenitentis.

Nonne Saul 1. Reg. 13. offerens Holocau- stum, fecerat, quod sibi videbatur Deo gra- tius? *Vidi* (inquit ille ad Samuelem) *quod po- pulus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta pla- citos dies, porò Philisthim congregati fuerant, in Machmas, dixi: Nunc descendam Philisthim ad me in Galgala, & faciem Domini non placavi. Necessita- re compulsus, obtuli Holocaustum.* Et tamen au- divit à Samuele: *Stulte egisti, nec custodisti man- data Domini Dei tui, quae praecepit tibi &c.*

Et rursùm 1. Reg. 15. interrogatus Saul & 1. Reg. à Samuele v. 19. *Quare non audisti vocem Domini, sed versus ad praedam es, & fecisti malum in oculis Domini?* Respondet v. 20. *Immo audivi vocem Domini, & ambulavi in via, per quam misit me Do- minus, & adduxi Agag Regem Amalech & Ama- lech interfeci. Tulit autem de praeda populus oves & boves, primitias eorum, quae casa sunt, ut immo- let Domino Deo suo in Galgalis.* Opus utique ex se magis gratum Deo. Et tamen ait Samuël ad eum v. 22. *Numquid vult Dominus Holocau- sta, aut victimas, & non potius, ut obediat voci Domini? Melior est obedientia, quam victima, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum aviolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriae nobis acquiescere.*

Similiter dico ego; melius est, & Deo gra- tius, poenitentem acquiescere & obedire voci Confessarii; implendo opus impositum, in se minus bonum, per seipsum, minus charum Deo, quam facere opus melius in se, non im- positum; aut opus impositum, ut fiat per ipsum poenitentem, facere per alium, magis charum Deo. Et ideo minus rationabiliter praesumitur contraria voluntas Confessarii, quae tamen planè necessaria foret ad satisfactionem sacramentalem, de qua sola hic loquimur.

fffff Cetero-

310. Contrarium est verum.

probat ex exemplo praecpto. rum Eccle- sia.

311. Item ad Script. 44 Reg. 13.

1. Reg. 15.

312. Deo gratius est per se facere opus impositum minus bo- num, quam per alium magis bo- num non impositum.

309. An sufficiat expiare poenitentiam per alium, quando id creditur gra- tius Deo?

Palud. vi- detur affir- mare.

Unus pro altero potest satisfacere ex opere operantis

Ceteroquin libenter fatemur cum communi sententia, unum pro altero satisfacere posse ex opere operantis; & ideo quando pœnitens impotens est ad satisfaciendum sacramentaliter, id est, ad implendum opus impositum à Confessario, indubiè optimùm consiliùm est, per alium opus impositum facere, quia si non ex opere operato, saltem ex opere operantis poterit prodesse pœnitenti ad remissionem peccatorum temporalium.

313. Argumentum Palud. non concludit satisfactionem ex opere operato.

Hinc non concludit argumentum Palud. supra art 1. Si homo, inquit, non nisi per se potest, & numquam potest per alium satisfacere, tunc gratia Dei in Baptismo requireret planctum & gemitum, & esset illi, qui ante Baptismum multa peccata fecit, pœnitentià injungenda, sicut in Sacramento Pœnitentiæ; quia Christus est alius homo à baptizato, & sic non potuit pro isto satisfacere, cum iste possit satisfacere, sicut pro parvulis sufficit meritum Christi, quia non possunt mereri; sed adultis non sufficit meritum Christi cum Baptismo, sed tenentur addere meritum proprium. Et quamvis in hoc sit dissimile; quia homo etiam impotens non potest mereri per alium, nisi soli parvuli, vel non habentes ulum rationis per solum Christum, non sic autem sine baptismo salvaretur per cuiuscumque alterius meritum: tamen in hoc constat virtus argumenti, quod si potens per se satisfacere, non potest per alium; ergo nec per Christum. Hæc ille.

Sed quis nostrum negat, unum hominem posse pro alio satisfacere? Quid ergo? Negant Multi, unum hominem posse pro alio sacramentaliter satisfacere, præsertim quando non constat de voluntate Confessarii. Sed numquid Christus sacramentaliter pro nobis satisfacit? Numquid opera Christi fuerunt pars Sacramenti Pœnitentiæ, aut sunt pars Sacramenti Pœnitentiæ, quod pœnitentes suscipiunt? Verissimùm est, per Sacramentum Pœnitentiæ nobis applicari merita & satisfactiones Christi, sicut etiam per Sacramentum Baptismi: sed quis umquam dixit, opera Christi esse aut fuisse partem Sacramenti Pœnitentiæ? Hoc autem est quod quæritur, an jejuniùm v. g. alterius hominis possit fieri pars integralis Sacramenti Pœnitentiæ, quod ego suscipio, vel suscipi: quod fieri posse, nullatenus probatur exemplo Christi, estd sua sanctissimâ Passione in ligno Crucis nobis, tam parvulis, quàm adultis, justificationem meruerit, & pro nobis Deo Patri satisfecerit.

314. Probat ex Trident. unum hominem non posse pro alio sacramentaliter satisfacere.

Immo contrarium videtur Aliquibus probari ex Conc. Trident. sess. 14. c. 3. ibi: *sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe Contritio, Confessio, & Satisfactio.* Et can. 4. *Si quis negaverit, ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente quasi materiam Sacramenti Pœ-*

nitentia, videlicet Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem &c. anathema sit. Ergo non minus Satisfactio, quàm Contritio, & Confessio, debet præstari ab ipso pœnitente.

Respondet Palud. supra a. 3. Non est simile de Contritione & Confessione, respectu quorum homo debet se habere activè, & nisi agat illos actus per se, non dicitur contreri, nec confiteri; ad satisfaciendum verò non oportet quod homo agat illa, quibus satisfacit, sed quod solum acceptet ea: sic homo acceptando pro suis peccatis flagella à Deo, vel homine illata, satisfacit, maxime quando ex intentione facientis ad ipsum applicantur. Hæc ille. Et contritio dicitur: Propter opinionem autem tutum est, quod pœnitenti imponatur, quod per se, vel per alium faciat, & tunc sine hæsitatione potest per alium satisfacere.

Sed quamvis hoc tutius sit, & indubiè tunc pœnitens satisfaciat præcepto Confessarii; tamen adhuc dubium est, an opus, quod per alium fit, sit satisfactorium ex opere operato; an verò sola procuratio illius operis. Et ideo dixi in Conclusione: *Nisi forte aliud declaraverit Sacerdos.* Equidem non esse satisfactorium ipsum opus alterius, tenet Valquez q. 94. a. 2. dub. 1. n. 10. Coninck. disput. 10. n. 66. & 82. quos sequitur Lugo disput. 25. n. 82. & Dicastillo disput. 14. n. 70. & probant, sicut dixi, ex Conc. Trident.

Nec valet responso Paludani; quia petit principium; de hoc enim quæritur, quare hoc modo respectu Contritionis, & Confessionis magis debeat se habere activè, quàm respectu satisfactionis, nam sicut ipse dicit: nisi agat illos actus per se, non dicitur contreri, nec confiteri; eodem modo ego dico, nisi satisfaciat per se, non dicitur satisfacere. Satisfacit quidem ex opere operantis, acceptando pro suis peccatis flagella, à Deo, vel homine illata, & etiam satisfaceret, salvo meliori, ex opere operato sacramentaliter, si dum imposita foret pœnitentiæ flagellationis, curaret se flagellari per alium; sed quod aliquis satisfaciat live ex opere operantis, live ex opere operato per hoc, quod acceptet flagella, que alteri infliguntur à Deo, numquam audivi, nec credo esse verum.

Docet Conc. Trident. sess. 14. c. 9. *tantum esse divinam misericordiam largitatem, ut non solum pœnis, sponse à nobis pro vindicando peccato suscipis &c. sed etiam, quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis à Deo infligis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus.* A Deo, inquam, infligis, scilicet nobis, sicut prius dicebat, sponse à nobis susceptis, & statim post dicit, & à nobis patienter toleratis.

Scio aliquem posse satisfacere ex opere operantis per flagella alteri infligita, & ab eo patienter tolerata, sed de hac satisfactione, uti supra

Suprà cessari... 316. Argumentum Aristot. pro sententia Paludani, 317. Responso oppugnat ex Auctore, ut possit... 318. Responso oppugnat ex Auctore, ut possit...

Secl. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 14. 963

suprà dixi, hic non agitur, neque ad eam necessaria est acceptatio, sed sufficit sola applicatio patientis, ut patet ex suprà dictis. Probandum igitur est, flagella patienter ab alio tolerata, posse esse satisfactionem sacramentalem, seu partem integram, & quasi materiam Sacramenti penitentiae, quod ego suscipio, & non ille alter, qui patitur.

316. Argumentum Arriagae pro sententia Paludani.

Probatur, inquis, quia Christus instituit iudicium sacramentale per modum iudicii ordinarii, in quo absolvitur reus imposita ei aliqua poenitentia ab ipso implenda, quam poenitentiam elevavit Christus in hoc Sacramento ad satisfactionem ex opere operato: atqui Iudices in causis ordinariis, etiam si habeant jus obligandi reum, ut per seipsum subest impositam poenitentiam, quo casu ille non poterit satisfacere per alium, nihilominus simul habent potestatem, ut permittant reum substituere alium loco sui, qui sedeat v. g. in carcere, qui eat ad ritemes &c. nam illa poena tertii censetur proportionata intento Reipublicae, id est, sufficit ad alios deterrendos, cum sit valde difficile invenire, qui talia pro altero velit sustinere, & praeterea per eam vindicantur peccata commissa; uti quando alter abdicando à se suas satisfactiones, eas mihi offert, non manent inulta peccata. Cur ergo illam potestatem negabimus Sacerdoti in iudicio sacramentali? Ita argumentatur Arriaga pro hac sententia disp. 48. n. 12.

Responsio ad Tridantem.

Ex quo respondet ad Tridantem, illud loqui de hac satisfactione, ut de actione ipsius poenitentis, quia directè & primario potestas data Sacerdoti, & Iudici, est in ordine ad puniendum poenitentem in propria persona; uti in aliis Iudiciis primario & per se potestas iudicativa est ad imponendam poenam ipsi reo: per hoc tamen uti Iudices habent potestatem aliquando acceptandi, ut per alium illa impleatur, ita dicimus id posse permittere Confessarios. Adde, eam actionem, quae fit per alterum, posse reputari meam, uti in ordine ad constituendum Sacramentum Matrimonii consensus, quem legatus praestat nomine alterius est ultimum complementum materiae. Haec ille n. 13.

317. Responsio ad Arriagae.

Respondet ad ultimum, & quarto: an sic ut possim contrahere Matrimonium per legatum, qui nomine meo consentiat, sic etiam possim absolvi sacramentaliter per legatum, qui nomine meo proferat verba Absolutionis? Patet quod non. Ergo illa additio nullius momenti; nam Auctores contrariae sententiae contendunt, satisfactionem sacramentalem esse actionem personalem, quemadmodum Absolutio, & Contritio, & Confessio: sicut ergo Absolutio per alium non valet, estò valeat Matrimonium per alium; similiter non valet Contritio tertii, aut Confessio tertii, sed requiritur Contritio propria, & propria Confessio;

pari certè ratione estò valeat Matrimonium per alium contractum, non inde rectè inferatur; ergo etiam valet satisfactio per alium.

Dices; valet Confessio per interpretem, ergo etiam satisfactio per alium: quia eodem modo loquitur Concilium de utraque illa parte.

318. Obiectio.

Respondeo; etiam eodem modo loquitur de Contritione, num ideo valet Contritio per alium? Valet quidem Confessio per interpretem, quia haec ipsa est propria Confessio poenitentis, id est, explicatio peccatorum non interpretis, sed poenitentis; & quidem explicatio facta ab ipso poenitente, non quidem immediate Sacerdoti, sed immediate interpreti, & per ipsum Sacerdotem. Hinc explicatio, facta à poenitente, proprie est Confessio sacramentalis, non illa quae fit ab interprete, cum interpres proprie non confiteatur; quia non explicat propria peccata. Uti etiam in Matrimonio per legatum, consensus legati non est proprie pars Sacramenti, sed consensus conjugis antea praestitus; & moraliter adhuc perseverans in consensu legati: ipse enim conjux minister est Sacramenti, non legatus.

Diluitur.

Ergo similiter in satisfactione, quae fieret per alium, jejuniium v. g. tertii proprie non erit pars Sacramenti; quia ipse nec est minister Sacramenti, nec suscipiens Sacramentum, sed pars Sacramenti erit procuratio illius jejunii, ac proinde haec sola; & non jejuniium tertii erit remissiva poenarum temporalium ex opere operato: veluti consensus legati in Matrimonio non causet ex opere operato gratiam sanctificantem, sed consensus principalis virtualiter seu moraliter existens in consensu legati.

319. Responsio ad principalem argumentum Arriagae.

Ex quo patet responsio ad principale argumentum Arriagae: non negatur Confessario potestas, ut permittat poenitentem substituere alium loco sui, qui v. g. pro ipso jejuret; sed affirmant hi DD. solam illam substitutionem esse poenitentiam sacramentalem, non autem jejuniium tertii, idque, quia illa sola substitutio, est proportionata intento Confessarii; nam sola difficultas, quam poenitens reperit in illa substitutione, revocat eum & quasi freno quodam coarctat à peccato, cautioemque & vigilantioem in futurum efficit.

Responsio ad principalem argumentum Arriagae.

Atque haec sola est ad praeteritorum peccatorum vindictam & castigationem proprie loquendo; nam vindicta proprie respicit subiectum, quod culpa coinquinatum est, juxta illud Ezech. 18. v. 20. Anima quae peccaverit, ipsa morietur: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii. Et Deut. 24. v. 16. Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur.

Vindicta proprie respicit subiectum quod peccavit Ezech. 18. Deut. 24.

Hinc Exod. 20. v. 5. Ego sum Dominus Deus tuus fortis. Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Non ait: Vindicans iniquitatem

Exod. 20.

Fffff 2 patrum

patrum in filios, quia videlicet propriè dicta vindicta respicit subiectum, quod peccavit. Licet ergo Deus possit infligere mortem temporalem filijs ob peccata parentum, tamen illa mors non est propriè vindicta peccati præteriti, nisi in quantum illa mors est difficilis parentibus seu molesta & dolorosa, ita ut sola molestia seu dolor indè proveniens parentibus, propriè sit vindicta.

Cùm igitur satisfactio sacramentalis debeat imponi in vindictam & castigacionem peccati præteriti, ut patet ex Trident. sess. 14. c. 8. ibi: *Ad præteritorum peccatorum vindictam & castigacionem, nec aliquid cogat, verba illa impropriè intelligere, dico, quando Confessarius imponit jejuniū v. g. per alium, illud jejuniū non habere rationem satisfactiois sacramentalis, nisi in quantum aliquo modo molestum & difficile pœnitenti; sive, quia difficulter potest invenire tertium, qui velit pro ipso jejunare, vel quia tertius quem invenit paratum, filius v. g. est, quem, quia valde diligit, mallet bene comedere, quàm jejunare, unde dolet de ejus jejuniō.*

320.
Disparitas
inter judi-
cium sæcu-
lare & sa-
cramentale.

Et verò quis non videt disparitatem inter iudicium sæculare, & iudicium sacramentale? Nam in hoc iudicio idem est reus, accusator & testis; numquid etiam in iudicio sæculati? In iudicio sacramentali requiritur præsentia Rei, ut possit validè absolvi, secus in iudicio sæculati, & ita in alijs multis discrepant hæc iudicia: quare similiter non possent discrepare in hoc puncto satisfactiois? Discrepare autem, videtur colligi ex Trident. suprâ, quod gratis exponit Arriaga de satisfactioe primariâ & directâ, & non de omni omninò satisfactioe sacramentali.

Præterè in iudicio sacramentali Confessarius nullum jus habet in eum, qui suscipit alterius pœnitentiam adimplendam, neque tenetur substitutus eam implere ex vi sententiæ seu præcepti Confessarii, sed tantum ex vi propriæ promissionis; ut proindè tametsi pœnitentiam non implet, nullatenus peccet contra præceptum Confessarii, sed tantum contra fidelitatem. Cùm igitur, juxta superiùs dicta, satisfactio sacramentalis debeat esse præcepta; jejuniū autem tertii non sit præceptum, sed sola procuratio jejunii, liquet profectò, solam procuracionem esse satisfactioem sacramentalem.

321.
Responsio
Arriagæ.

Respondet Arriaga suprâ: illud jejuniū non esse ex præcepto respectu tertii, nisi moraliter, quatenus voluit representare personam pœnitentis, esse tamen ex præcepto respectu hujus, cui in ipso præcepto data est potestas substituendi alterum. Ut quando lex præcipit, ut quilibet Nobilis eat ad bellum, dat tamen libertatem, ut substituat loco suum; certè ille substitutus non obligatur proprie eo præcepto, tamen jure optimo dici

potest, quòd actus illius sit ex præcepto, quatenus præceptum fuit causa, ut Nobilis ab illo id peteret, & ipse propterea voluit ire, ut Nobilis satisfaceret hoc modo ei præcepto, in se disjunctivo; non est ergo cur indè negetur, eam satisfactioem habere valorem ex opere operato. Hæc ille.

Sed contrà; si ille substitutus non obligatur proprie eo præcepto; ergo actus illius non est proprie præceptus; est ergo cur indè negetur, eam satisfactioem habere valorem ex opere operato, quia satisfactio sacramentalis debet esse proprie præcepta; cùm procedat à potestate proprie ligandi. Cùm ergo sola illa substitutio procedat à potestate proprie ligandi, illa sola erit proprie præcepta, per consequens illa sola erit satisfactio sacramentalis, & non actus ipsius substituti, cui Confessarius non potest proprie præcipere.

Si inferas; ergo pœnitens erit liber, tametsi non sequatur actus substituti. Respondet: pendet à voluntate Confessarii. Certum est in exemplo statim allegato, Nobilem non esse liberum ab obligatione militandi per se, nisi cùm effectu procurat substitutum, qui non tantum promissione, sed re ipsâ eat ad bellum, alioquin fraudatur Rex intento suo.

An autem idem dicendum sit de pœnitenti in casu proposito; sicut dixi, pendet à voluntate Confessarii, qui potuit solum velle ipsum laborem procuracionis, & tunc indubie pœnitens est liber; estò substitutus negligat actum; potuit etiam velle ipsum actum substituti à parte rei, ut videlicet per illum pœnitens satisfaciat, si non ex opere operato, saltem ex opere operantis, aut per modum imperationis; & tunc, nisi cùm effectu procurat actum substituti, ipse tenetur actum impositum implere, ut per se constat, vel tenetur alium substitutum querere, qui reverà impleat.

De cætero sive sequatur actus, sive non, æqualem habebit fructum remissionis pœnærum ex opere operato; nisi ipsum opus, quod tenetur procurare, per se independentè à præcepto Confessarii ex opere operato remittat pœnas Purgatorii; v. g. præceptum Sacerdos pœnitenti, ut sacrificet per se, vel per alium, tametsi Sacrificium alienum pro me oblatum non sit satisfactio sacramentalis in hæc sententia, sed sola procuratio illius Sacrificii; tamen si reverà Sacrificium istud offeratur, pœnitens majorem fructum remissionis pœnærum accipiet ex opere operato aut quasi, quam si substitutus Sacrificium negligeret; non ex vi Sacramenti Pœnitentiæ, sed quia ipsum Sacrificium, independentè à præcepto Confessarii, causat ex opere operato aut quasi remissionem pœnæ temporalis.

Hinc sæpè talis pœnitentia prudenter imponi potest (uti etiam lucratio Indulgentiæ) ut pœnitens, quem videt Confessarius

penitentia per
Sacrificium per
Missæ, aut per
lucratio In- cant
dulgentiæ. rum
impo
alia
A
nit.
Ep. 1. 26.
9. 7.
in pe
rend
pone
cum
pond
liter
rant
sacra
A qu
tent
obse
tia
C
Si
vid
mo
rate
ria
in a
mo
cate
illa
ab
fit
me
Co
gis
ren
mi
bus
I
tiam
pecc
qui
ope
pecc
niū
pœ
ele
este
dul
tū
qu
ab
niū
m
sup
op
pe
in

Secl. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 14. 965

penitentia per se non posse satisfacere, saltem satisfaciatur per alium, sive ex opere operato, aut quasi, puta per Sacrificium Missæ, per quod applicatur nobis satisfactiones Christi & Sanctorum, sive ex opere operantis, vel per modum impetrationis, puta per jejunia, orationes, & alia bona opera.

Appositè Theod. Cantuar. Archiep. in Pœnit. suo (& refertur 26. q. 7. c. 1.) *Ab infirmis in periculo mortis postis per Presbyteros pura inquirenda est Confessio peccatorum, non tamen illis imponenda quantitas penitentia, sed immorescenda: & cum amicorum orationibus & elemosynarum studiis penitentia sublevandam; non sacramentaliter, seu ex opere operato, sed ex opere operantis, vel per modum impetrationis: nam de sacramentali satisfactione statim subiungitur: A quo periculo si divinitus ereptus convalescent, penitentia modum à sacerdote sibi impositum diligenter observet. Atque hæc sufficiant pro illa sententia verè probabilis.*

Omitto, quod addit Lugo suprà n. 81. Si jejunium alterius esset pars mei Sacramenti, videtur sequi, quòd licet ipse sit in peccato mortali, acquirat mihi fructum ex opere operato: ad hoc enim solum requiritur status gratiæ in eo, qui recipit fructum Sacramenti, non in alio, ut constat in eo, qui contrahit Matrimonium per procuratorem, existentem in peccato; nam conjux adhuc recipit gratiam per illam actionem. Consequens autem videtur absurdum, quòd jejunium hominis peccatoris sit satisfactorium tunc ex opere operato pro me. Hæc ille.

Omitto, inquam, illam probationem; quia Consequens illud non videtur absurdum magis, quàm quòd Sacerdos, in malo statu offerens Sacrificium, mihi acquirat fructum remissionis penæ temporalis, quòd ab Omnibus admittitur.

Deinde, dicit aliquis; si conjux recipit gratiam per actionem procuratoris, qui est in peccato mortali, ut Eminent. ibi admittit, quid ni penitens posset recipere fructum ex opere operato per jejunium alterius, qui est in peccato mortali, supposito quòd illud jejunium foret satisfactio sacramentalis? Nonne penitens accipit fructum ex opere operato per elemosynam, factam à famulo ejus nomine, estò hîc sit in statu peccati mortalis? Non est dubium.

Ergo aliunde probandum est, quòd jejunium alterius non sit satisfactio sacramentalis, quàm ex illo Consequente, quòd nullatenus absurdum videtur; ex hypothesi; quòd jejunium istud foret satisfactio sacramentalis. Item, secundùm Aliquorum sententiam, de qua suprà; satisfactio confert effectum ex opere operato impleta ab ipso penitente in statu peccati mortalis, quòd magis si penitens sit in bono statu, & solus substitutus in peccato

mortali? Hæc igitur probatio Lugonis parvæ est considerationis, nec ab ea pendet veritas probabilis illius sententiæ.

Interim opposita sententia videtur Aliquibus probabilior, quàm præter Paludanum suprà, docuit Sylvester verb. *Satisfactio*: q. 3. & D. Antonius 3. part. tit. 14. c. 26 §. 1. ubi requirunt hi Auctores, ut substitutus sit in Charitate: Si quis, inquit Antonius, est per se impotens satisfacere; tunc alius, qui est in Charitate, potest satisfacere, sicut & confiteri pro eo. Et infra: Sed si imponit sibi per se sciendum; tunc non potest satisfacere per alium, quando per se potest; sed si non potest per se, sive quia infirmus est, sive quia moritur; tunc si imponit ipse penitentiam alteri, & ille suscipiat onus, & facit in Charitate, utique satisfacit. Hæc ille.

Idem docet Palud. sup. art. 3. concl. 1. Commune, inquit; est utrique satisfactioni, quæ sit pro vivo & mortuo, quòd fiat ab existente in Charitate: quia actus, qui non est Deo acceptus, non potest esse satisfactorius pro faciente, nec pro alio, unde & qui vult penitentiam suam alii imponere, nisi velit se periculo exponere, debet querere hominem de quo confidat, quòd sit in Charitate vivens, abstinens à mortali. Ita Paludanus. Estò art. 1. de elemosyna per alium facta sic scribat: Etsi nunciatus esset in peccato mortali, nihilominus esset illa elemosyna satisfactoria, quia sicut dare elemosynam per manum peccatoris non dimittit in actu rationem merendi, ita nec satisfaciendi. Non enim plus requiritur, quòd actus sit Deo acceptus ad satisfaciendum, quàm ad merendum.

Sed quæ ratio disparitatis? Existimo, quia elemosyna per famulum, non tam est actio famuli quàm domini; cum famulus nullum ex ea subeat incommodum, nec propriè subveniat pauperi, nisi tamquam merum instrumentum, eodem modo, quo equus v. g. aut aliud animal irrationale, quòd dominus assumit ad elemosynam pauperi deferendam: at verò jejunium famuli propriè non est actus domini, sed famuli, qui pro domino jejunat, & solus sentit incommodum jejunii, adeoque ipse est principalis causâ & propriè dicitur jejunare; famulus autem dans elemosynam ex mandato domini non dicitur propriè dare elemosynam, sed ipse dominus.

Consimiliter in contractu Matrimonii per nuncium vel procuratorem: procurator non est, qui propriè contrahit, cum hic nullam ex eo contractu subeat obligationem, sed qui instituit procuratorem; & ideo parùm refert sive procurator sit in statu gratiæ, sive non: nam, ut suprà notavi, non tam ipsius consensus, quàm consensus conjugis est causâ efficax gratiæ ex opere operato. Et ecce altera responsio ad argumentum Lugonis suprà.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ 3 ¶ ¶

324.

324.

Arguitur quòd sic.

325.

326.

327.
Surtius ci-
tat. D. Tho.
Bona Du-
rand. So-
tum. Gab.
& Alentem
pro lentem-
tia Palada-
ni.

Pro fine, Nota, Soarium disp. 38. sect. 9. n. 3. citare D. Thom. Bona. Durand. Sotum, Gabrielem & Alensem, quasi apertè docuissent satisfactionem per alium factam, sufficere non tantum ad implendum præceptum Confessoris, sed etiam ad satisfaciendum ex opere operato pro illo, pro quo fit. Unius Seraphici Doctoris verba exscribo: *Dicendum, inquit, quod pena satisfactoria habet in se dupli- cem rationem sive veritatem. Pena enim talis propter duo est maxime, & propter medicamentum contra sequelas peccati, & in pretium ad solvendum ream peccati. Si ergo loquamur de ista pena, secundum quod est purgatoria sive medicinalis, cum morbus non recipiat medicinam ex pena aliena, sed propria: unde non extinguitur concupiscentia in me, si tu ieiunas pro me, quantum ad hanc rationem pena satisfactoria nec potest, nec debet commutari in aliam personam. Posset tamen commutari in penam internam, quia gemitus cordis plus frequenter medetur, ut reparat animam, quam diuturnitas penae exterioris. Si autem loquamur de pena, secundum quod habet rationem pretii, hoc modo est concedendum, quod potest commutari, quia potest unus pro alio solvere penam. Sed haec commutatio debet fieri auctoritate Sacerdotis. Ita Bona. 4. dist. 20. qu. 1.*

Quæ verba, an apertè doceant istam sententiam, iudicet Lector. Mihi aperta sunt verba Trident. sess. 14. c. 8. *Habeant autem præ oculis (Sacerdotes) ut satisfactio quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum, sed etiam &c.* Ergo satisfactio sacramentalis debet esse ad novæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum: sed, secundum Doct. Seraphicum, pena medicinalis, nec potest, nec debet commutari in aliam personam, ergo &c.

328.
Substitutio
alterius per-
sonæ debet
fieri aucto-
ritate Sa-
cerdotis.

Saltem hoc habemus ex Doct. Seraphico, quod commutatio penæ in aliam personam debet fieri auctoritate Sacerdotis. Contrariam propositionem, videlicet: *Penitentiam propriam auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius penitentiam adimpleat, ad minus tamquam scandalosam prohibuit ac damnavit Alex. VII. an. 1666. die 24. Sept.*

Si autem à me quaeritur; an etiam commutatio penæ, in aliam penam, debeat fieri auctoritate Sacerdotis? Respondeo & Dico decimo quinto.

CONCLUSIO XV.

Non commutatur satisfactio sacramentalis propriam auctoritate, etiam in meliorem. Ob causam mutari potest ab eodem, vel altero Confessario, saltem si peccata repetantur; fortè etiam absque repetitione.

Oppositum primæ partis docet Portel verb. *Penitentia Sacramentalis* n. 6. Potest inquit, penitens auctoritate propria commutare penitentiam sibi impositam in aliud opus cognitum evidenter melius, Probatur à simili nam Omnes dicunt, posse quemlibet suum votum commutare auctoritate propria in opus evidenter melius, ut qui vovit dicere tertiam partem. Rosarii, poterit commutare in unum diem jejunii. Est autem eadem ratio in præcepto, orto ex voto, & ex mandato Confessoris. Ita probabiliter Portel, inquit Diana, part. 2. tract. 1. Miscell. resol. 53. circa finem, licet Aliqui, etiam magis probabiliter, contrarium asserant.

Melius dixisset: *Licet Alii committere &c.* nam præter hunc Auctorem, nullum alium citat isto loco. Dico; *Isto loco*, quia part. 3. tract. 4. resol. 53; adhuc unum citat, videlicet Villalobos in Sum. tom. 1. tract. 9. dist. 79. n. 1. ubi sic asserit: *Ipsè penitens potest commutare penitentiam in aliam meliorem, quæ sit cognita melior in ratione satisfactionis, & in ratione medicinæ. Et non obstat dicere, quod Confessor mandat facere illam penitentiam, quia mandat facere in ordine ad utilitatem spiritualem. Et si ille diceret, quod vellet commutare in aliud opus, quod fuerit cognitum melius in ratione satisfactionis & medicinæ, est res multum plana, quod debeat Confessor tenere pro bono; & ita potest commutare penitens per Epykiam. Hæc ille.*

Deinde Diana part. 9. tract. 9. resol. 53. Lector & Cælestinum. pro eadem sententia citat Leandrum tom. 1. tract. 5. disp. 9. q. 102. & Cælestinum.

Sed propter hos quatuor Auctores non est recedendum à communi sententia Sanchez Sum. lib. 4. c. 11. n. 36. Reginal. in Praxi tom. 1. l. 7. c. 8. n. 85. Coninck disp. 10. n. 13. Sancii select. disp. 14. n. 22. Lug. disp. 25. n. 96. Arriag. disp. 48. n. 20. Di. cast. disp. 14. n. 134. Henriquez l. 5. c. 20. n. 5. Tamb. Opusc. 1. de Confess. l. 4. c. 3. p. 1. n. 25. Turr. in select. p. 2. disp. 31. dub. 62. Herincx supra n. 28. & Aliorum, sed proinde merito Dia. supra, quamvis sententiam

Probatur
argumento
precepto-
rum Eccle-
sæ.

331
Respondetur
ad ra-
tionem in
votarium

332
Fieri potest
ut propter
opus melius
hic & nunc
penitens
excusetur
pro aliquo
tempore ab
impletione
penitentia

333
Fieri potest
ut propter
opus melius
hic & nunc
penitens
excusetur
pro aliquo
tempore ab
impletione
penitentia

334
Fieri potest
ut propter
opus melius
hic & nunc
penitens
excusetur
pro aliquo
tempore ab
impletione
penitentia